



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Vicarius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

398 VASSALLVS.

cap. 18. soli Mendicantes, & Malentes eximuntur à contributione facienda seminariis habendis in una quaque Diocesi. q. 67. art. 3.

VASSALLVS.

Vide Feudum, Monasterium.

Benedictini nigri iure habent vas-
fallos, & in eos utramque iuris-
dictionem exercent. Olim Cister-
tiensibus non licebat, sed hodie id
eis priuilegia concedunt. tom. 3. q.
73. art. 1. & 2.

VICARIUS.

*Vide Absoluere, Electio, Reser-
uatio casuum.*

VIcarius institutus à Capitulo,
aut Ministro Prouinciali ad
regendum in Absentia Guardiani,
aut Prioris, tempore quo præsident,
gaudet authoritate, & priuilegiis
Guardiani; non autem aliis ab ipso
Guardiano delegatus in absentia
sui, & dicti Vicarij eam authorita-
tem in omnibus habet. tom. 1. q. 19.
art. 2.

Vbi statutum est in Religione,
quod Præsidentes aut Vicarij Con-
uentus

uentus eligi nequeant in Discretos
mittendos ad Capitulum prouinciale ; non potest cum iis Visitator
etiam cum plenitudine potestatis
sine iusta causa dispensare ; si tamen
dispensem, videtur valida dispensa-
tio, nisi Praeses Capituli eam irritet.
tom. 2. q. 53. art. 15.

Vicarij instituti, ut suprà, habent
in absentia Guardiani iurisdictionem
ordinariam, quam & aliis dele-
gare possunt. tom. 3. q. 76. art. 1.

Mortuo Generali in Ordine Mi-
norum , non potest eligi Vicarius
Ordinis usque ad Capitulum gene-
rale, sine expressa Papæ licentia , ex
constitutione Nicolai IV. art. 2.

Guardianus non habet authori-
tatem amouendi Vicarium insti-
tutum à Capitulo, aut Ministro pro-
uinciali ; bene autem à se constitu-
tum ; huius officium mortuo Guar-
diano expirat , non autem alterius,
art. 3.

Vicariatus Episcopalis plurimum
dedecet statum Regularem Mendic-
antium , non autem aliorū Mo-
nachorum ; modo adsit licentia non
solum Superioris Conuentualis,

fed

400 VISITATIO.

sed etiam Prouincialis , saltem secundum aliquos art.5.

VISITATIO.

Vide Tertiarij.

CVM Superiores , præsertim Regulares , exactam debeant suæ villicationis rationem reddere , convenientissimum est officium Visitationis seu Syndicationis Fratrum.
tom.2.q.4.art.1.

In Ordine Minorum per statuta non debent institui Visitatores prouinciaæ , nisi illi , qui aliquando fuerint Prouinciales , aut Diffinitores in praxi causarum Regularium bene versati.
art.2.

Visitatores instituti cum plenitudine potestatis pro tota vna prouincia , non autem si pro uno solo Conuentu , videntur posse alios subdelegare , nisi id eis sit interdictum.
art.3.

Omnes Prælati generales , & prouinciales iure diuino tenentur aliquando visitare Fratres suos ; quod probant Doctores ex illo Lucæ : *Et tu aliquando conuersus confirma Fratres tuos ; & ex iure*

Cano